

Band VII., Nr. 2369, Seite 263-264

Abt Simon und Konvent von Comburg verkaufen an Walter Egen, Bürger zu Hall, 40 Scheffel Weizen jährlicher Gült von ihren Gütern in Erlach.

Ohne Ortsangabe, 1273. November 3.

Nos Symon dei gratia abbas in Camberg totusque conventus ibidem universis presentem litteram inspecturis eternam in domino salutem. Quoniam res gesta labi solet a memoria hominum, si non fuerit litterarum aut ydoneorum testium [robore] communita, hinc est, quod nos recognoscimus et tenore presentium publice protestamur, quod urgente et cogente legitime necessitatis articulo de communi et concordi voluntate et assensu nostri conventus Walthero dicto Egeni civi in Hallis quadraginta modios siliginis, qui de bonis nostris in Erlach singulis annis sine omni defectu et diminutione nulla occasione grandinis vel sterilitatis sive alterius periculi impediante nobis erant assignandi, vendidimus ipsi et suis heredibus omni iure et forma sicut nobis attinebat vere proprietatis titulo quiete et libere perpetuo possidendos. Ut autem formam iuris in possessione et perceptione predictorum modiorum lucidius cognoscat, ipsam sibi formam proponimus in hunc modum, videlicet quod in persolutione dictorum XL modiorum siliginis nulla species vel granorum nisi de[termina]ta^a siligo est assignanda et hoc sine dolo de fructibus communibus siliginis, sicut terra ibidem illo anno germinat et producit, que quoque annona si ibidem occasione sterilitatis sive alterius periculi haberi non poterit, in bonis, de quibus dicta annona est assignanda, pignus sibi investigabit. Si vero pignus ibidem reperiri non poterit, super ipsis bonis omnem defectum numerabit et habebit. Item dicimus, quod ad seminandum agros predictorum bonorum quatuor iugera vel tria melioris annone me[ta]ri^b debent presente nunctio sepedicti Waltheri sine dolo et cum eodem semine ipsi agri debent seminari. Item asserimus, quod tempore messis collationi dictarum frugum nunctius sepedicti Waltheri debet interesse. Item dicimus, quod quicumque possidet bona predicta, a prefato Walthero vel suis heredibus recipere tenetur. Item si forte defectus erit in summa dictorum XL modiorum, ipsi possessores bonorum emptione vel alio modo eundem defectum michi supplebunt. Huius rei testes sunt: Dietricus plebanus in Hallis, Waltherus plebanus in Tungental, Otto sacerdos, Fridericus scultetus, Waltherus de Lindenawe, Heinricus Unmasse, Ruckerus Sulmeister, Cunradus scultetus

^aSo ist wohl das entschieden unrichtige *detrim\$e\$stazulesen*.

^bEs steht *meri* ohne Abkürzungszeichen, die oben gegebene Korrektur dürfte am ehesten dem ursprünglichen Text entsprechen.

II

de Steinwag, Waltherus de Hagenbuch, Otto Trilir, Hermannus Gast, Conradus de Nordlingen, frater Heinricus Veher, frater Burkardus Sulmeister. In cuius etiam rei maius testimonium presentem sibi litteram dedimus sigillorum videlicet nostri et nostri capituli et nobilium virorum Waltheri et Conradi pincernarum de Limpurg et civitatis Hallis robore communitam.

Acta sunt hec anno domini MCCLXXIII., III. nonas Novembris.

—

Nach dem Kopialbuch des Klosters Comburg mit der Aufschrift „Comburgisch Registraturbuch“ aus dem Ende des 15. Jahrhunderts, S. 458.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

HStA Stuttgart

Signatur/Titel des Originals:

H 14 Nr 43 a, S. 458

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Ohne Ortsangabe

Ortsindex:

Comburg Wohnplatz (3320)

Comburg, Schwäbisch Hall, SHA

Erlach Wohnplatz (3324)

Erlach, Schwäbisch Hall, SHA

Hagenbach Wohnplatz (3336)

Hagenbach, Schwäbisch Hall, SHA

Lindenhof Wohnplatz (3448)

Lindenhof, Untermünkheim, SHA

Nördlingen, DON

Schwäbisch Hall SHA

Schwäbisch Hall Gemeinde (3313)

Schwäbisch Hall Wohnplatz (3361)

Schwäbisch Hall, SHA

Steinbach Wohnplatz (3368)

Steinbach, Schwäbisch Hall, SHA

Tüngental Wohnplatz (3373)

Tüngental, Schwäbisch Hall, SHA